



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis (Köln)

Colonie, 29. IX. 1492

Jncipiu[n]t capitula statuto[rum] ecclesie Colonien[sis] a bone memorie
domino Co[n]rado archiep[iscop]o Coloniensi edita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30901

Incipiunt capitula

Statutorum ecclesie Coloniensis a bone memorie domino Conrado archiepo Coloniensi edita.

Primo de manifesta cohabitatione clericorum.

Item de manifesta negociatione clericorum.

Item de insufficientia que est illitteratura clericorum.

Item de consura clericorum.

Item de clericis symoniacis.

Item de clericis irregularibus

Item de dormitorijs. de lectura tabule capitularis. de lunationibus et kalendis

De memorijs defunctorum et diuino officio pro eis faciendo. de modo cundi in capitulo agendi et procedendi in eodem

De ordine ministrantium ad altare. et de modo canonicorum comedendi et dormiendi omnia sub vno contextu.

Item de campanarijs et custodibus simul.

Item de decanis scholasticis cantoribus et canonicis simul.

Item de capellanis regalibus episcopalis et prepositorum. et qui non debent esse huiusmodi capellani.

Item de pistrinis ecclesiarum.

Item de prepositis et eorum capitulis

quibus se inuicem habere debeant.

Item de electionibus capitulorum

Item de emunitatibus et muris earum.

Incipiunt statuta predicta.

In nomine domini Amen.

Deo Conradus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Italiam archicancellarius. In agrum domini cure nostre commissum. de mandato apostolice sedis diebus per ostium visitationis ingressi plura in ipso quam vtiq; credebamus officia

diculorum inuenimus zizania diversorum Si enim mala opera conuersationis et scandala pueritatis in clero recte zizania sunt censenda. incepti super hoc propositum negocium prosequamur. In primo quidem extirpando radicitus vicia ut deinde fructum germen laudabile. vnde fructus salutaris proueniat inseramus. Cum igitur ista bonorum plantatio germinum. et extirpationes vicioz in agrum domini absque correctionis remedio fieri non valeat oportune. secundum qualitates et modos excessuum correctionis canonice modos prouidemus adhibendos. Sane cum ea que nobis generaliter diversorum officulorum visitationibus occurrunt in aliquibus clericorum sint ista et quasi maxime in eorum copulibus vitata. manifesta cohabitatione. habitus clericali incongruus discipline. In nonnullis quoque eorum negociatio derelicta. insufficientia que est illitteratura in multis. quos clericos solo nomine non recte consideratione censemus. Et preter hec aliqua alia in nonnullis eorum occurrunt hinc nota labor ecclesie. De manifesta cohabitatione notatis ita scilicet canonicas precipimus limitationes.

De manifesta cohabitatione clericorum.

Quoniam enim manifestos cohabitatores seu concubinos censemus

non solum eos qui in suis domibus tenent concubinas. verum omnes generaliter eos etiam qui mulieres fornicarias extra domos suas manentes suis manifeste procurant sumptibus et sustentant. De his itaque precipimus quod tales inde in visitatione nostra notati. cessent de cetero a talis peccati commercio. et in pena commissi excessus intrent carcerem canonicalis discipline illi seruaturi secundum morem et consuetudinem discipline hactenus obseruare. De his autem mulieribus ita precipimus. quod si infra emunitatem. quod absit. fuerint communitate manentes vel prope emunitatem De-

Al. ij.